

allegat inmemoriabilis iuncta cum privilegiis, quæ exhibentur, &c.
 Et insuper pro clariori intelligentia dictarum declarationum S. Congregationis duæ mirabiles alia editæ sunt, & expeditæ. Rotæ decisiones, quæ omnimodam difficultatem abfolvunt, prior est in via Sipuntina iurisdictionis 24. Maij 1613. coram Dunaceto, quæ sic in sequentibus ait.
 Pro informante fuit resolutum nempe Domino Archiepiscopo f esse danum mandatum de manutenendo in quasi possessione exercendi iurisdictionem; etenim cum loca, de quibus agitur, sint intra Diocesim, quod probatur ex eo, quod Dominus Abbas allegat exemptionem, quæ in necessarium f antecedens præsupponit existentiam in Diocesi. Rota in causa Palaterranens. iurisdictionis 14. Januarij 1581. coram Brabo relata inter divers. impres. decis. 1207. p. 2. & latius in consiliis iurisdictionis 18. Maij 1611. coram Reverendis. Atrebat. & etiam deponunt testes, quorum summarium fuit datum. Videtur quod Dominus Archiepiscopus habeat de iure communi fundatam intentionem, cap. omnes Basiliæ, 16. quæst. 7. cap. conquirente, de offi. Ordinarij. cap. cum Episcopus, eodem tit. in 6. Vetat. decis. 306. p. 1. & 203. part. 2.
 Ob quam iuris assistentiam debet manuteneri, & c. cum persona, §. fin. cum ibi notat, de privi. in 6. Vell. dict. decis. 306. part. 1. Rota in causa Salmantina iurisdictionis 18. Aprilis 1581. coram Camucio relata inter diversas impressiones. decis. 145. lib. 6. part. 2. in Vero. iurisdictionis 15. Maij 1608. coram Domino Atrebaten. & alibi sepè.
 Et f præfata eo magis procedunt, quia de exercitio iurisdictionis deponunt prædicti testes. Rota in dict. Calagurritana iurisdictionis 5. Maij 1608. coram Reverendissimo Atrebaten. & in foro Libien. seu Berinoriens. Diocesis 3. Aprilis 1609. coram eodem, etiam non deponant de omnibus vniuersis iurisdictionalibus, quia sufficit causa f vniuersalis, quæ magis attenditur, quam actus, ut fuit resolutum in causa Assiens. Canonatus 14. Iunij 1600. coram meo. & in terminis iurisdictionis, Innocent. in cap. dilectus, num. 3. de Capell. Monachus, & alij infra allegandi. Et super aliquibus Capitibus iurisdictionis in territorio, de quo agitur: dantur etiam decreta Sanctæ Congregationis super Concilio ad favorem D. Archiepiscopi.
 Non obstat præfatum privilegium f exemptionis concessum de anno 1211. ab Archiepiscopo Sipuntino; nam omisso quantum hoc privilegium valeat in præiudicium successorum, de quo in Veronens. exemptionis 27. Maij 1594. coram Bon. mem. Cardinal. Pamphilio.
 Respondetur, quod ad evitandum f manutentionem Ordinarij non sufficiat exhibitio privilegij, nisi alterius ad sit quasi possessio exemptionis, ut habetur in cap. cum persona de privileg. lib. 6. ibi: Quia de privilegio facium fidem in libertatis, & vel exemptionis possessione, non violata, non clandestina, nec concessa precario, de qua si fidem coram eiusdem fecerint non turbentur. Si enim Papa mandet eos non turbari in possessione, per necessarium antecedens præsupponit, quod possideant, quia privatio præsupponit habitum, iuxta nota in l. decem, ff. de verb. oblig. Et ite intellectus suadet eo, & f quia dict. cap. cum persona emanavit ad favorem iurisdictionis Ordinariæ, ut patet in principio, ibi: Ordinariorum correctiones, & ordinationes subsurgentes. Non volentes super hoc de salubri re-

medio providere, statutus, ut ibi, qui se assertine per privilegia, seu indulgentias Apostolicæ Sedis exemptos à locorum Ordinarij, &c. Ex qua narrativa proamy colligitur causa finalis, l. fin. ff. de hered. instituen. Oldra. cons. 103. num. 2. Roman. cons. 38. n. 1. Alexand. cons. 160. n. 20. lib. 6. Sic igitur allegant privilegium exemptionis per solam f exhibitionem privilegij, antequam de illius iurisdictionis Episcopi, dispositio text. emanasset ad illorum favorem, si quidem per Regulæ iuris sola exhibitio privilegij non tolleret exercitium Ordinarij.
 Nam eo ipso quod Ordinarij exercet iurisdictionem in una parte sue Diocesis videtur constitui in quasi possessione exercendi, quoad omnes, in quibus alter non habet particularem quasi possessionem, Abb. cons. 71. col. fin. vers. Tertio adidem, ibi: Nec alius erat in possessione, lib. 2. Felin. in cap. auditis, num. 19. in 3. declarat. de præscriptis, Rebuff. in tract. de decimis, quæst. 9. num. 9. Menoch. remed. 3. retinendi num. 135. Capbal. cons. 369. num. 15. cum pluribus seqq. Rota in causa Orolen. decimarum 19. Iunij 1591. coram Gypso, & in Valentina decimarum 27. Octobris 1598. coram Bon. mem. Seraphin. & in terminis iurisdictionis tradit Innocent. in cap. dilectus, num. 3. vers. Possessorium est, Ol. num. 1. vers. Ex prædictis etiam, Ioann. And. num. 8. Butt. n. 5. Boich. num. 11. de Capellis Monach. Verral. decis. 306. part. 1.
 Et proinde per istam exhibitionem privilegij, quæ concernit peritiorum f remaneret Episcopus privatus sua quasi possessione contra notat, per Abb. in cap. 1. num. 4. Buttius num. 2. et lite pendente, Lancelot. de attentat. part. 2. cap. 17. num. 161. & seqq. Et in specie quod sola exhibitio privilegij exemptionis non impediatur manutentionem. Fuit decisum in causa Carthaginens. decimarum 27. Iunij 1590. coram Gypso.
 Nec potest subditus dici constitutus in quasi possessione exemptionis f ex eo solum quod non appareat superiorem in illum exercitum iurisdictionem, nisi probetur quod venerit casus exercendi, & volens exercere fuerit repulsus, & repulsioni acquiescerit, vel alius habuerit se pro spoliato, ut per Innoc. Ol. Ioan. Andr. Butt. Boich. & Verral. locis sup. allegatis.
 Et licet Glossa in dict. cap. cum persona, verbo Turbentur, innuatque sola exhibitio privilegij, sufficiat per §. sequent. infra eodem; autem loquitur contra Regulæ iuris, ut patet ex prædictis, & ducit argumentum suum à contrario sensu, ut advertunt Lopus, Anchar. & alij infra allegandi, quod argumentum non valet ad inducendam correctionem iuris, ut latè per Euerat. in loco à contrario sensu num. 1. proci inducitur in proposito casu, & ite communis intellectus illius capitis cum persona, ubi per Lap. ibi. num. 4. vers. Et hoc videtur, Anchar. num. 6. vers. Hoc tamen, Gemin. in §. si vero, vers. Et hoc videtur, Franck. ibid. num. 3. vers. Et non procedit, dum dicunt exhibentem f privilegium, ita demum evitare manutentionem Episcopi, si ipse est in quasi possessione exemptionis. Hactenus Rota.
 Quæ quidem decisio est 491. part. 1. recent. quam ad idem refert & sequitur Afcan. Tamburin. in tractat. de iure Abb. & Prælator. tom. 1. dist. 15. quæst. 8. a num. 2.
 Alia est etiam ad id ipsum Rotæ decisio, in una

una Theatina iurisdictionis de Atiza 17. Decembris 1612. coram R. P. D. Coccino Decano, in hæc verba: Licet locus Atizæ sit intra limites f Diocesis Theatinæ iuxta resolutionis causa facta, & propterea Reverend. Archiepiscopus habeat intentionem fundatam de iure, ut in cap. omnes Basiliæ 16. quæst. 7. Romanus cons. 180. num. 4. vers. Habet enim Episcopus, Federicus de Sen. cons. 145. num. 6. ante finem, vers. scilicet. Unde si aliquis etiam ad effectum manutentionis, ut in cap. cum persona de privileg. in 6. Et tanto magis in causis criminalibus, & matrimonialibus vigore Concilij Tridentini. sess. 24. cap. 20. §. ad hæc, de reformatione, ex cuius sententia Sacra Congregatio censuit, quod etiam si inferior alleget immemorabilem; nihilominus Ordinarij debeat manuteneri, donec de ea per tres sententias cognoscatur.
 Tamen Rota in casu, f de quo agitur censuit Præposito Atizano, dandum esse mandatum de manutenendo, quoad cognitionem causarum Civilium, matrimonialium, & Criminalium. Quia nedom constat de possessione prædicti Præpositi, verum etiam docet de privilegio sibi concessio, vique de anno 1118. à tunc existente Episcopo, & Capitulo Theatino subscripto ab ipsomet Episcopo. Quod privilegium cum fuerit datum ante Paulinam de consensu Capituli, absque dubio suffragatur, cap. 2. & cap. cum nos, & cap. tua, de iis, quæ fiunt à Prælati, cap. Præfatis in fin. de donationibus, Federicus de Sen. cons. 111. num. 3. in fin. vers. Nam cum in tali exemptione. Et fuit dictum in alia Theatinæ iurisdictionis 26. Martij præteriti coram R. P. D. meo Cavalerio. Ultra quod ex observantia subséquuta, nempe ex solutione Brizantij, de quo in dicto privilegio, & ex cognitione causarum, quatenus beneficium Apostolicum esset necessarium, esset præsumendum, González super Regul. 8. glof. 12. num. 76.
 Unde sequitur, quod cum Reverendissimus Archiepiscopus f nitatur sola dispositione iuris communis, Præpositus autem alleget possessionem, & privilegium, proculdubio Præpositus sit manutendus, ut habetur in dict. cap. cum persona, ubi Ancharan. in 1. notabil. Geminianus in §. fin. circa finem, & ibi etiam Franchus num. 2. & 3. Et dixit Rota in Salmantina iurisdictionis 17. Decembris 1582. coram R. D. meo. Card. Seraphino; & in alia Aquilana iurisdictionis 30. Martij 1607. coram R. P. D. meo Pamphilio.
 Nec obstant visitationes datæ pro parte R. D. Archiepiscopi, f quia nulla visitatio datur ante Concil. Trident. illæ autem, quæ dantur sunt post Concil. Trident. Unde cum non constet illas fuisse factas iure Ordinarij, vel vigore Concilij, ista probatio tanquam dubia non releuat Reverendissimum Dominum Archiepiscopum, cap. in presentia, de probationibus, & in puncto fuit resolutum in dicta causa Aquilana, in qua dicitur, quod cum non docentur de visitationibus ante Concil. verisimile erat, quod fuissent factæ vigore Concilij allegando in argument. text. in l. quadam mulier. ff. de rei vind. & in l. 1. ff. de acquirend. possid.
 Non obstat dispositio Concilij Tridentini, & Declaratio Illustrissimorum Interpretum; quia licet verum sit, quod dum cognoscitur super immemorabili per tres conformes, Ordina-

rius debeat manuteneri: Tamen quidquid sit, an Concilium procedat in Decanis, & aliis dignitatibus in eadem Ecclesia, in quibus non habere locum dispositionem Concilij, censuit Rota in causa Salmantina iurisdictionis prima Iulij 1605. coram Aldobrandino, & in alio Burgenf. iurisdictionis 16. Decembris 1564. coram Orano. Quia postmodum non fuit facta huiusmodi distinctio coram me in causa Baren. iurisdictionis, & in alia Theatinæ iurisdictionis coram R. P. D. meo Cavalerio. Decisiones Concilij videntur indistinctè loqui, & propterea quidquid sit de hac responsione firmiter fuit dictum, quod declarationes Concilij loquuntur, quando agitur super immemorabili tantum; hic autem docetur de privilegio, & antiquissima possessione; unde nisi aliud censuerit Sacra Congregatio, placuit Dominis dispositionem Sacri Concilij esse intelligendam quoad manutentionem dandam inferiori, qui docet de privilegio, & possessione secundum terminos, cap. cum persona, de privileg. in 6. & ita conclusum, &c.
 Quam decisionem ad litteram refert Afcanti Tamburin. in tractat. de iure Abbatum, & Prælator. tom. 1. quæst. 15. dist. 18. à num. 8. Handistinctionem sequutus, f quod quoties de possessione dumtaxat docet Prælator inferior, quipræterdit contra Episcopum iurisdictionem. In suo districtu habere, non ipse, sed Ordinarij debeat manuteneri ex assistentia iuris communis. Et idem firmat in eo, qui præterdit exemptionem f à iurisdictione ordinariæ, ut non iuratur ad manutentionem contra eum ex sola possessione, & præscriptione, etiam immemorabili: at verò quando cum possessione exhibet privilegium, & titulum f saltem coloratum, qui præter causam præscribendi, tunc non Ordinarij, sed Prælator inferior in iurisdictionis præsentæ, aut exemptus in exemptionis quasi possessione manutendus sit; proci & latius comprobatur reliquimus hactenus.
 C A P V T XVII.
 Si pars non contradicens patiat in Rota, ahove superiori Tribunali, causam in prima instantia tractari, vel etiam cum protestatione, etiam occulta consentiat illic de bono iure agi: an executoriales indè obtenta; siue super principali, siue super incidenti (puta manutentione) sint insuper retinendæ, ad Ordinarium per Senatum causæ remissione facta.
 Et nunquid consensus Ordinarij superueniens revalidet executoriales, & impediatur in Senatu causæ denuo tractandæ ad eundem remissio.
 S V M M A R I U M.
 Concilium Trident. in cap. 20. sess. 24. non exclusisse sententiam, ac rem indicatam; pluries determinavit Rota, num. 1.
 S. Congregatio idem censuit; Concil. non comprehendere

bendere casus per sententias determinatos, num. 2.
 Rota decisio refertur, qua decreuit, res iudicatas non sustulisse Concilium, num. 3. & 4.
 Concilium, in cap. cause omnes, quemadmodum non derogat immemoriali, ita nec rei iudicata, num. 5.
 Rota decisio recensetur ad idem, num. 6.
 Concilium, ubi non derogat sententiis, non comprehendere casus per eas decisos, censuit S. Congregatio, num. 7. & 8.
 Super casu non comprehenso in dispositione Trid. protectionis Regalia denegatur, num. 9.
 Declinatoria opposita, & reiecta adquirente parte, iudicium, & sententia tenent, num. 10.
 Quod procedit quando alius Index habet iurisdictionem, licet per declinatoriam elidibilem, num. 11.
 Index incompetens, postquam se competentem declarauit, quiescente parte ulterius de eius incompetencia non est disputandum, num. 12.
 Executoriales obtenta in Rota, ubi causa cepta fuit in prima instantia, non concurrente consensu partium, & Ordinarij, tanquam uelut non praesentibus impedimentum, quominus tenent in Senatu, causa denuo tractanda Ordinarij remittatur, à num. 13.
 Executoriales, contra formam Trident. obtenta, sunt nulla ex defectu iurisdictionis, n. 14.
 Dicitio (dumtaxat) qua utitur Trident. restringit, & excludit omnes alios casus, & personas, praeter expressas, num. 15.
 Est restrictiua, & taxatiua, ut concludat negationem in aliis personis, num. 16.
 Dicitio dumtaxat, & alie taxatiue in dispositione de aliquo faciendo inducit formam, & solemnitatem, ita ut aliter actus uideatur, n. 17.
 Habet vim prohibitionis tacite & expressa, n. 18.
 Dictiones taxatiua exponuntur negatiue, n. 19.
 Lex simpliciter prohibens intelligitur tacite apponere clausulam annullatiuam, n. 20.
 Dicitio dumtaxat, qua utitur Trident. expouitur tanquam taxatiua, ut solus Ordinarius, n. 21.
 Lex dicens, solus procedat, attribuit iurisdictionem priuatiuam, num. 22.
 Et maioris Magistratus cuiuscumque iurisdictionem excludit, num. 23.
 Neque eius iurisdictione potest praueiri, n. 24.
 Tridentini decreto in cap. causa omnes non solum reperitur imitans tacitum, sed expressum, num. 25.
 Trident. & consuetudo Leonis X. annullant processum factum in prima instantia contra tenorem Trident. num. 26.
 Verba (Nullus sit momenti) vel aliter annullatiua inducunt decretum irritans expressum, num. 27.
 Processus appellatione ueniunt omnes scripturae in iudicio factae coram Iudice, & Notario deputato, num. 28.
 Processus appellatione uenit sententia, n. 29.
 Alia iudicij sunt uehicula ad sententiam, qua singula sunt, ita & sententia, ibid.
 Defectus in commissione insluit in quolibet deriuatum ex ea, ibid.
 Decretum irritans tollit vires sententiae, ac eius executionem impedit, num. 30.
 A Nuncio latam sententiam procedente in prima instantia contra formam Tridentin. esse nullam ex defectu iurisdictionis declarauit Rota, n. 31.

Sententia lata à Nuncio, vel Legato in prima instantia, in qua nullam habet iurisdictionem ex Trid. eius defectus est nulla, num. 32.
 Iurisdictionis defectus insanabilis est, & ceteris maior, non conuenit in statum excludente omnes defensionem, num. 33.
 Iurisdictione in prima instantia alieni Iudicij nequit prorogari, nisi concurrente partium, & Ordinarij proprij consensu, num. 34.
 Iurisdictione quando nequit prorogari in prauidicium alterius, sententia defectu iurisdictionis nulla est, num. 35.
 Processus, & acta nulla sunt facta prorogatione, absque superioris consensu, num. 36.
 Sententia in prima instantia, nitens fundamento per Tridentin. reprobat, omnino corruit, quia procedit à radice infecta, iuxta declarationem Sancti. Congregationis, num. 37. & 38.
 Res iudicata ex fundamento à lege reprobat, pariter reprobat, durante adhuc possessione eius suspensione, est nulla, n. 40.
 Sententia confirmans aliam nullam, pariter & nulla est ex defectu fundamenti, num. 41.
 Executoris excessus sicut est nullus, ita pariter & superioris sententia illum confirmans, n. 42.
 Nullitas prima sententia insluit in alias eam confirmantes, ibid.
 Executoriales obtenta super instantia ablata Ordinarij, absque eius consensu simulaneo reuenerunt in Senatu, ubi remissa causa denuo cognoscenda, num. 43.
 Executionem executorialium obtentorum ablata prima instantia Ordinarij, an huius iure, & respectu possit prorogari curare, à num. 44.
 Observatio Erasmi à Cochier in proposito refertur, ibidem, & num. 45.
 Executio executorialium obtentorum contra formam Tridentin. in cap. causa omnes, nec in prorogantem sit, non consentiente Ordinarij, quia eam in totum excludit iurium complicatio, & connexitas, num. 46.
 Post rem iudicatam consensu Ordinarij accedente, an cesset protectionis Regalia, & Trident. dispositio, num. 47. & sequentibus.
 Actus nullus in fauorem alicuius intelligitur, si ipse velit, num. 48.
 Consensus tacitus Ordinarij ex sententia, & patientia inductus sufficit ad validitatem prorogationis, num. 49.
 Ordinarij praesente prorogationi alieni iurisdictionis, & tacente uidetur consentire, n. 50.
 Consensus Ordinarij accedens post rem iudicatam, & sic tempore incongruo non reddit iudicium validum, num. 51.
 Doctores affirmantes, consensum tacitum Ordinarij sufficere ad prorogationis validitatem, loquuntur quando tempore prorogationis accessit, non quando post rem iudicatam fundatam in actis nulla, num. 52.
 Nec eo tempore incongruo accedente impeditur recursus, & per Senatum faciendus remissio, ibid.
 Ius parti queritur ex actu etiam nullo, cui detrabere aduersarij non potest, ibid.
 Processus nullus gestus à Iudice carente iurisdictione in radice, & à principio, nequit per partis consensum reuocari, ibid.
 Nullitas prononens ex defectu iurisdictionis non conualefcit per consensum partium, accedentem post iam causatam nullitatem, num. 53.

Elius

Filius in aduentibus, quorum pater noluit adquirere usum fructuum, non potest agere in iudicio sine eius licentia, ibid.
 Consensus patris accedens post litem contestatam à filio non reuocatur iudicium, ibid.
 Ratificatio processus nullius debet interuenire ante sententiam, quia post eam non sit tempore congruo, ibidem.
 Actus iudiciales, debent precedere ipsam sententiam, cum sint uehicula ad eam, ibid.
 Ius parti acquiritur ex actu etiam nullo dicendi nullitatem de eo, cui detrabi non potest ab aduersario, ibid.
 Inhibitionis causa cessante non cessat eius effectus iam consummatus, dicto num. 52.
 Consensus super actu nullo non sufficit, ibidem.
 Contrahente non perseverante in suo consensu, nihil prodest alterius consensus postea superueniens, quia non reperit subiectum habile, cui coniungatur, ibid.
 Ratificatio non retrotrahitur data, vel à principio, vel medio tempore inhabilitate alicuius extremi, ibid.
 Medium inhabile impedit extremorum habiliu conuentionem, ibid.
 Ratificatio non cadit super actu nullo, ubi declaratur, ibid.
 Ex consensu metuoconferarum (facta prius protectione) prorogatio facta in Romana Curia per partem consensum dicere de bono iure post oppositam declinatoriam, non tenet nec tribuit iurisdictionem in prima instantia, n. 53.
 Actus factus ex coactione Iudicis non inducit consensum, num. 54.
 Comparens ex necessitate iuris remunerationem recusationis, aut appellacionis non inducit, ibid.
 Comparens coram Iudice incompetenti cum protectione, nec declinatoria, nec recusationi opposita renuntiare uidetur, num. 55.
 Comparens cum clausula (circa consensum) non censetur consentire in Iudicem incompetentem, num. 56.
 Et consensu meticulofo crescit uolentia, & ratio protectionis in Senatu, ibid.
 Executoriales obtenta in prima instantia contra formam Trident. super articulo incidenti, puta; manumentione, multo magis retinentur in Senatu, num. 57.
 Declarationes Cardinalium, & Rota decisiones, dicentes Concil. Trident. in cap. causa omnes non excludere rem iudicatam obtentam, non procedunt in prima instantia Ordinarij, sed in §. ad hac. eiusdem decreti re longe diuersa, ut ostenditur, num. 58. & 59.
 Trident. in cap. 10. §. ad hac. non sustulit iurisdictionem inferiorum Episcopo, quascumque per res iudicatas ante Concilij promulgationem, n. 60.
 Lex non trahitur ad praeterita iam decisa per rem iudicatam, transactionem, iuramentum, praescriptionem, & similia, num. 61.
 Declaratoria opposita super qua declaratur, & acquiescit pars, tunc facit Iudicem competentem, quando solius partis sufficit consensus, non quando alterius simul est necessarius, n. 62.
 Gaudisabli de Paz observatio recensetur impugnantis ualide praxim, sibi falso relatum, Consilium Supremum non remittit Ordinarij causam, postquam pars in Iudicem Romanam Curiae consensit, num. 63. & sequentibus.
 Praxis hac si uera foret, nullo iure suslineretur, n. 64.

Prorogatio est extensio iurisdictionis ad casum, seu personam in ea non expressam, n. 65.
 Extensio ab eo quod non est, non fit, n. 66.
 Iurisdictionis minime existentis non fit prorogatio, num. 67.
 Auditor Camerae, & quilibet alius Iudex in prima instantia caret iurisdictione ex Tridentin. num. 68.
 Cuius singula uerba ad idem ponderantur per Gaudisablium de Paz, num. 69. & sequentibus.
 De substantia prorogationis est consensus partium litigantium, num. 72.
 Clerici semel licentia sui Episcopi non prorogant alterius iurisdictionem, num. 73.
 Iuri alteri quascumque detrabi nequit, num. 74.
 Auditor Camerae, est Iudex Delegatus, n. 75.
 Iurisdictione Delegati, ut prorogetur, necessarius est consensus expressus, non tacitus, n. 76.
 Comparatio sola coram Auditore Camerae, alioue Delegato, etiam sine declinatoria eius, non inducit prorogationem, num. 77.
 Littera in Senatu retinende, quantum pars coram Delegato comparuit suas exceptiones allegans, & monitorio respondens, num. 78.
 Consensus partis, si sine licentia Ordinarij sufficeret ad alterius prorogationem, illusorium maneret Trident. & Regalia protectionis, n. 79.



Non possum non facere arduum esse prima facie hanc questionem, siquidem reperio, decimum pluries fuisse per Rotam, decretum Concilij Tridentini, sessio. 24. de reformatione, cap. 20. causa omnes; minime excludere sententias, & rem iudicatam, ut in vna Legionensi, iurisdictionis de Saldana 13. Nonenbris 1613. coram Domino Blancheto, ubi in fine decisionis sic dicitur: Nec etiam obstat decretum Concilij Tridentini, capitul. 10. sessio. 24. quia, ut fuit resolutum ab Illustrissimis Cardinalibus, Concilium non comprehendit casus per sententiam determinatos, ut in illa Lucensi, cuius copia data fuit, ideo uidentur prius, an dicta sententia sit in forma probandi, & quos casus comprehendit, &c. quam refert Nicolaus Garcia de benef. 3. part. cap. 2. num. 103.

Hoc idem determinauit ipsa Rota in vna Burgens. iurisdictionis Diaconatus de Virbiefca 2. Decembris 1585. coram Dom. Scraphino, quam ad litteram refert ipse Garcia ubi proxime, num. 105. quae in fine sic ait: Quare stante decisione imperrime coram R. P. D. Blancheto in causa Legionens. iurisdictionis, & quod Concilium non tollit sententias, & res iudicatas: Domini conuincimur conuincimur, sententiam releuare ad effectum, de quo agitur scilicet manumentionis, &c.

Quae decisio est 712. inter recolletas ab eodem Scraphino, apud quem tamen latior patet, quae num. 4. sic prosequitur: Quare stante decisione facta imperrime per coram R. P. D. Blancheto in causa Legionens. iurisdictionis sub die 13. Nouembris proximi praeteriti, quod Concilium non tollit sententias, & res iudicatas, & sic habet (ut addit ipse Scraphinus) quod Concilium Tridentinum in casu huius decreti 20. §. ad hac, sess. 24. non tollit sententias, & res iudicatas. Nam quemadmodum non derogat immemoriali, quia de ea non facit mentionem, sicut facit in aliis decretis quando uult illi derogare, prout in decreto capitul. 4. sess. 6.

seff. 6. & capitul. 4. seffion. 14. & capitul. 6. seffion. 24. Ita & eadem ratione non derogat sententia, & rei indicata, ex quo de eis mentionem non facit, lalson, in l. causas, vel lites, num. 4. & sequentibus; Cod. de transactionibus, Decius consil. 296. num. 3. post Alexand. consil. 94. in princip. lib. 2. & Felin. in cap. super lictis, num. 14. &c. Et per hanc decisionem Seraphini hocipsum dicit Narbona in l. 59. lib. 2. titul. 4. tom. 3. Recopilation. glossa 1. in fine. Quod idem decretum Trident. non tollit sententias & res iudicatas.

Et in eadem causa iterum determinavit Rota 16. Nouembri 1594. coram D. Mantica; quam refert ad litteram Garcia, ubi supra dict. capitul. 2. num. 207. quæ in principio ita dicit: Fuit decisum sententiam à R. P. D. meo Decano latam esse confirmandam, quia iuste pronuntiavit iuxta tenorem sententia de paribus anni 1512. qua cum esset transacta in rem iudicatam, non fuit à Sancto Concilio Trident. seff. 24. cap. 20. de reformatione: sublata, &c.

Et ubi Concilium Tridentinum non derogat sententias, non comprehenditur casus per sententias determinatus, prout alias Congregatio censuit circa capitul. 8. seffion. 7. de reformatione. in una Lucens. iurisdictionis visitandi, his verbis: Congregatio Concilij censuit per capitul. 8. seff. 7. presuppósito, quod sententia, & concordia excludant Episcopum à visitatione; illis Concilium non derogasse, cum enim dictum cap. faciat diuersas derogationes, censetur aliis non expressis noluisse derogare, & pariter alia est declaratio super dict. cap. 8. que sic ait: Concilium hoc non censetur sustulisse, nec rem iudicatam, nec concordias, quas refert declarationes Nicolaus Garcia de benefice 3. part. capitul. 2. num. 202. & num. 100.

Ergo sequitur, quod cum res iudicata, nec comprehendatur in dicto decreto Concilij 10. causa omnes, nec in eo censetur comprehensa; nullatenus eius dispositio læsa videtur, ac per consequens protectio Senatus deneganda, quando omnia prima instantia Ordinarij coram alio Iudice, aut in Rota super causa principalis res iudicata sunt obtenta.

Quod quidem maxime procedit, si post oppositam declinatoriam fuisse cognitam coram eo Iudice alieno, eaque reiecta, processum fuit ad vltiora citra appellationem, eo enim casu sententia in principali lata subsistit in præiudicium eius, qui eam opposuit exceptionem, aut etiam exemptionem, Felin. in cap. significasti, num. 4. versicul. Demum, de foro competentis, Abbas in capitul. 1. num. 19. versicul. Secus putato si exemptus produxisset, de re iudicata, Felinus, & Doctores in cap. ad audientiam, de prescriptionibus, cap. dilectus de Capellis Monachorum, Felinus in Repertorio, versicul. sententia lata contra exemptum, fol. 126. column. 3. in fin. & in cap. cum accessissent, num. 28. versicul. hanc Regulam limitat, de consuet. Castren. in l. hi, qui, num. 5. C. de appellationibus, vt probat latè Sebastianus Vantius de nullitatib. sentent. tit. quomodo sententia nulla reparet, num. 8. Millis in Repertor. verbo, Appellat. si est deserta, vel ab initio nulla 5. quest. principalis, num. 6. cap. cum inter, ubi Doctores de re iudicat. Abbas num. 1. l. cum pro latis, ubi Doctores de re iudicata, Matanza de ordine Iudic. part. 4. distinctio. 5. n. 7. Etiamus à Cochier in tractatu de iurisdictione. in

exemptos, part. 2. capitul. 4. num. 6. 7. & 8. tom. 8. Vbi admittit quod quando alius Iudex habeat iurisdictionem, licet per exceptionem declinatoriam elidibilem & eadem 2. part. capitul. 6. n. 6. optimè, quod quando Iudex incompetens, seu habens iurisdictionem elidibilem, postquam se competentem declarauerit, fit competens, ita vt amplius de ipsius incompetencia non fit disputandum, ex Abbate in cap. cum olim Abbas, ubi Felinus de officio Delegati, Bart. in l. ex quacumque, column. 3. num. 7. ff. si quis in ius vocat. non ierit, & ex Vantio ubi proxime, & ex aliis pluribus DD. de quo Nos latius in tractatu de Regia protectione. 2. part. cap. 18. à num. 23. & supra. Ergo pariformiter licet teus iste coram Iudice non suo conuentus, opponat de hac incompetencia ex decreto Trident. in cap. causa omnes, & petat remissionem ad Ordinarium suum; si nihilominus in Rota iubeatur dicere de bono iure; hoc est, quod respondeat super principali, ac causam contestetur: amplius se ea iuuari nequit, ac per consequens condemnatio per executoriales Senatus illa non potest retinere, nec causam denuò tractandam ad Ordinarium remittere.

Quibus tamen, & aliis (quæ apparente dumtaxat vrgent) non obstantibus, & contrarium verius esse, & de iure probabilius, censo, imò has sententias & rem iudicatam esse notoriè nullas ex defectu iurisdictionis, ac propterea non prætare impedimentum, quominus seruata dispositione præfati Concilij Trident. in dict. cap. 20. causa omnes, causa eadem in prima instantia iterum denuò incipiendi remittatur ad Ordinarium, quoties iudicium in prima instantia in Rota, aut alio Tribunali captum fuit, & executoriales obtentæ abique partium, & Ordinarij fuisse consensu, ad quod me nouent indissolubilia sequentia fundamenta.

Primum, quoniam in his sententijs reperitur non nullas iurisdictionis defectus ex codè Concilij decreto, ibi: In prima instantia ceram locorum Ordinarij dumtaxat cognoscantur, ponderata illa dictione, dumtaxat, que limitat, & restringit, & atque excludit omnes casus alios, & personas præter expressas, vt latissimè Augustinus Barbosa in tractatu de diction. diction. 97. à principio. Vbi infinitos Doctores allegat, & in tantum est taxatiua, & restrictiua, vt concludat negationem in aliis personis, Cardinal. in Clem. 1. de sequestrat. possess. & fruct. & in cap. contingit, ubi etiam Felinus de fide instrument. Bart. in l. si quis, §. cum Titio, ff. de admendis legatis, Cenedus in singular. 18. num. 3. Barbosa ubi proxime num. 3.

Imò & dictio (dumtaxat) & aliæ taxatiue appositæ & dispositiones de aliquid faciendo, formam & solemnitate inducunt, ita vt ipsarum transgressio vitiet adum, Parisius consil. 19. n. 19. volumin. 2. Mandoll. in Regula 8. Chanceller. q. 6. Cenedus dicto singular. 18. num. 4. versicul. Similiter Barbosa dict. 97. num. 9. Vbi rationem reddit, quod ista dicitio habeat vim non solum prohibitionis tacite, sed etiam expresse, vt per Roman. consil. 114. num. 5. Marcus Antonius de Amatis Marchia dict. 14. num. 10.

Et dictiones istæ & taxatiue, dumtaxat, tantum, & similes exponuntur negatiue, & habent implicitam negatiuam & prohibitionem respectu aliorum, vt in concessione iurisdictionis probant

probant expressè Decianus consil. 29. num. 45. & 46. Hondedeus consil. 35. Schrader. consil. 8. num. 28. Marius Giurba in consil. 59. à num. 24. & segg. & in consil. 89. num. 6.

Et quia vbi lex aliquid prohibet, etiam simpliciter, intelligitur tacite apponere clausulam quod annullatim, si contra fiat de quo per Doctores per text. ibi, in l. non dubium, Cod. de legibus, & in cap. dilecta de rescriptis, Coimas in præmatic. sanction. tit. de election. cap. sicut, §. similiter, verbo, Ne, §. 113. Tiraquel. in l. si unquam, verbo, Reuerat, à num. 58. Cod. de reuocandis donation. Cassaneus in consuetudin. Burgundia, rubric. 4. §. 9. in principio, num. 1. Suarez de legibus, lib. 5. cap. 27. n. 4. cum sequentibus, Barbosa de clausulis, clausul. 40. num. 46. latissimè cum multis declarationibus, & ampliationibus, Farinac. framen. crimin. part. 1. littera L. num. 169. cum multis segg. Igitur non seruata dicta forma, quod in prima instantia coram Ordinarij dumtaxat causæ cognoscantur, penitus corruent sententiæ, & processus, ita vt nullæ sint ex supradictis.

Quoniam illa dicitio, dumtaxat, qua vititur Concilij Tridentini, fit ex vera significatione sua taxatiue exponitur, ac si diceret, solus Ordinarius cognoscatur, prout ex aliis ab eo citatis exponit Marius Giurba in consil. 59. à num. 24. cum sequentibus. Et quando lex dicit solus procedat, fit attribuit iurisdictionem priuatiuam, & prohibitiuam quoad omnes alios, vt post multos Doctores abundè probat ipse Giurba ubi proxime, & latius in consil. 89. à num. 6.

Ita vt maioris cuiuscumque magistratus iurisdictionem non excludat, Felin. in cap. Pastoralis, limitation. 6. de offic. Ordinarij. Birus consil. 27. num. 10. Manent. consil. 108. num. 4. & consil. 109. num. 23. Pancelot. consil. 175. num. 12. Parisius consil. 8. num. 30. volumin. 1. Giurba dict. consil. 89. sub num. 6. Quæ dictiones adeo priuatiuæ sunt, quod vt derogata sit cuiuscumque iurictio partis protogatione non obstant, Bald. in l. restituta, in principio, C. de testament. Felin. in cap. Pastoralis, de officio Delegat. in principio, limitation. 1. Gratian. decis. 78. & disceptation. 569. num. 19. Giurba dict. consil. 69. num. 25. Nec talis iurisdictione præueniri potest, Roland. consil. 48. tom. 2. & consil. 21. in 4. Gramatic. decis. 9. Manent. consil. 109. num. 4. Marta de iurisdiction. p. 4. centur. 2. casu 190. num. 4. Giurba consil. 89. sub num. 6.

Deinde, & secundò probatur, quoniam in dicto Tridentin. decreto, non solum adest decretum irritans tuncim, sed & expressum, ibi: Legati quoque etiam de latere, Nuntij, Gubernatores Ecclesiastici, aut alij quoruncumque facultatum vigore, non solum Episcopos in predictis causis impedire, aut alio modo eorum iurisdictionem præripere, aut turbare non presumant, &c. Procedant, alius eorum processus, ordinationes, seu nullius momenti sint, &c.

Et in Constitutione Leonis X. quam retulimus supra hac 2. part. cap. 3. num. 11. quam post principium, ita legimus: Alioquin appellationes, & illarum, etiam aliarum huiusmodi commissiones in posterum, & quicquid inde sequutum fuerit, nullius sint roboris, & momenti, &c.

Quæ verba inducere decretum fit irritans expressum, non est dubium; vt latè probat post

plurimos alios Doctores Barbosa in dict. clausula 40. à num. 39. vsque ad num. 46. videndus. Et quod subiectio proprie manus Sanctissim. sic forma, & pro tali requiritur præcisè in commissionibus auocatoris primæ instantiæ, ita vt omisso annullat, & irritet processum, & omnia gesta à Delegato ipso iure: copiosè probatum remanet supra hac 2. part. cap. 6. à num. 14. cum multis sequentibus. Ergo sententiæ nullæ sunt, cum processus nulli reddantur, quæ de processu sunt præcisè.

Quia appellatione fit processus, & actorum veniunt omnes scripturæ in iudicio factæ coram Iudice, & manu Notarij ad hoc deputati factæ, Alexand. in l. acta, & in l. actorum, ff. de re iudicata. Vbi etiam specialiter, quod appellatione processus & actorum veniat sententia, item probat Abbas in cap. quoniam contra, column. 1. in fin. de probationibus, Cunic in Riibus magn. Cur. Sicilia, cap. 78. à 3. cum sequentibus. Et quod processus, vel actorum fit appellatione veniat sententia, probat text. in c. 1. de sentent. & re iudicata, Bart. in l. actorum in fin. ff. de re iudic. Boëtius decis. 218. num. 6. Ranchen. conclus. 364. part. 1. Augustinus Barbof. in tractatu de appellat. verb. Viris que iur signific. appellat. 6. num. 3. & à num. 1.

Processus enim, & acta iudicij sunt vehiculum ad sententiam, Bald. in cap. cum super ad fin. de causa possessionis, & proprietatis, & in l. fin. C. de suspectis tutoribus, & consil. 344. ad fin. Belg. in l. 1. c. i. bonis. n. 25. ff. de verborum obligat. Malualia consil. 91. n. 21. Schrader. de feudo. p. 9. capitul. 7. n. 30. Montier. decis. 25. num. 28. Surtus consil. 159. num. 46. Menochius consil. 390. num. 35. Aldouinus consil. 17. num. 4. Mantica decisio. 68. num. 1. & decis. 239. num. 1. Giurba decisio. 10. num. 6. & consil. 88. num. 6. Inde fit, quod si actus processus sunt nulli, securi disponit Concilij Tridentini, perneceffe & sententia nulla erit, quia causa ob quam irritatur processus influit pariter in sententiam, cum in illo fundetur, Signorolus consil. 54. Plotus consil. 30. num. 36. & 40. Guazinus de Reorum defension. 2. cap. 2. num. 3. Giurba consil. 9. in fine.

Et quia formæ subscriptionis defectus cum sit in radice, & origine, hoc est, in commissioe influit in quolibet derivatò, quia in quolibet reperitur, & operatur, in ratione 11. §. 1. ff. ad legem Falcid. l. error, ff. de fideiuss. l. qui id 33. ff. de donation. D. Ioannes Baptista Valencuela consil. 113. n. 25. tom. 2. Quia infecta primitiua infecta censetur derivatiua; quamplures ad id recenset doctimas Hieronym. Gonzalez de alternatiuis, glossa 51. à num. 29. cum sequentibus.

Quod probatur vltorius; nam decretum irritans tollit vires sententiæ, eiusque executionem impedit, vt post Cassiadorum decis. 12. num. 5. 6. & 7. de regn. Chanceller. & Sarnetium in Regula de Annali, questio. 9. tradit Gabriel. titul. 6. titul. de clausulis, conclusio. 3. num. 51. quem sequitur Gonzalez in Regula 8. Chanceller. glossa 67. num. 50. in idem allegans Rotam decisio. 24. num. 5. & decisio. 149. num. 2. part. 2. Augustinus Barbofa de clausulis, clausul. 40. numer. 36. Matanzas de commutat. vltimar. volunt. capitul. 7. numer. 248.

Et in istis terminis, quod sententia lata à Ee Nuntio

31 Nuntio, qui in contraventionem Concilij Tridentini, in dict. capitul. 20. cognouit de causa in prima instantia; sit nullus ex defectu iurisdictionis, expressè declarauit Rota in vna Paduana, teste Cæsar. de Grassis decis. 9. num. 1. de causa possessionis, proprietatis, vbi dictum fuit, quod cum Moniales coram Nuntio Venetiæ commorante in prima instantia ad causam tractæ fuerant contra Concilij Tridentini præfati dispositionem, Domini de Rota sententiam nullam pronuntiauerunt, èd quod aderat defectus iurisdictionis, cuius etiam meminit Marchesanus in tractatu de commissionibus, titulo de commiss. appellacion. extra Roman. Cur. 1. part. capitul. 6. num. 45. & 46. fol. 73. sequitur in his terminis Narbona in l. 59. glossa 1. num. 24. lib. 2. titul. 4. tom. 3. Recopilacionis, & idem dixit Rota in vna Toletana sepultura coram Pballo, inter recollecta per Marchesanum de commiss. part. 1. fol. 1062. in principio. Qua fuit resolutum; mandatum de manutenendo nullum esse, relaxatum à Nuntio Apostolico Hispaniæ in prima instantia, quæ pertinet ad Ordinatum duntaxat, ex Concilio Tridentino in cap. causa omnes, ex defectu iurisdictionis, quam decisionem etiam referens sequitur in iis terminis Ludouicus Post. in tractat. de manutenendo, obseruatione 107. num. 1. & 2.

Hanc etiam nostram, & sententiam probat Franciscus Leo in Theauro Fori Ecclesiastici, capitul. 22. num. 60. 61. & 62. vbi dicit, quod si aliquis Iudex, etiam Legati, & Nuntij Apostolici cognoscere de causa in prima instantia, eorum sententia vitio nullitatis subiaceret ex defectu iurisdictionis, quia in prima instantia nullam habent iurisdictionem obstantem Sacri Concilij dispositione, vt capitul. 20. §. Legati quoque, sessio. 24. cuius Doctoris verba referens sequitur etiam Nicolaus Garcia de beneficiis, 6. part. capitul. 2. num. 58. ante finem.

Iurisdictionis etenim defectus infanibilis est, & ceteris maior reputatur, qui non censetur ab statuto exclusus, etiam si omnes defensiones tollat; vide latissimè Nos de Regia proreptione 2. part. capitul. 6. num. 57. & sursum, & capitul. 17. num. 4. & 3. part. cap. 9. num. 27. & num. 21. & 4. part. capitul. 6. num. 13. Et quod hic defectus iurisdictionis possit opponi etiam post mille annos contra rem iudicatam, vide Nos de Regia proreptione 4. part. cap. 3. num. 122. cum multis seqq.

33 Igitur cum in prima instantia sublata Ordinatio contra formam Concilij omnes alij iurisdictione careant, sequitur, quod sententiæ, omnique alius processus sunt nulli ipso iure, ac propterea non præstant impedimentum, quominus iterum causa sit tractanda, & initianda coram ordinario Iudice competente, & verè legitimo, Carolus de Grassis, qui plurimos Doctores cumulat in tractatu de effectibus Clericatus, effectus 1. ex num. 291. cum sequentibus, Vincentius de Anna, singular. 129. Marta de iurisdictione, 4. part. 4. casu 141. Ruitus in practica. Regni. in Rubrica de instantia causa non restituenda, num. 13. 14. & 15. Piscalis de patria potestate, part. 1. cap. 8. num. 278. Gallupus in præxi S. R. Conf. Neapolitan. part. 2. capitul. 16. num. 38. Trentacinquus variarum resolution. lib.

2. resolut. 4. num. 40. de iudiciis, Carlebal. in tractatu de iudiciis, disputacion. 2. quest. 5. sub num. 311. pagin. 146. ad quod singulares & plures doctrinæ applicandæ erunt, quas scriptimus sup. hac 2. part. capitul. 12. à num. 65. cum sequentibus, & à num. 59. Ex quorum Doctorum relatione apparet, tum quod si in his castra sit nulla ex aliquo iuris defectu, vel instantia perempta, iterum sit incitanda; tum etiam quod coram Iudice rei competente initianda erit, ita vt si rei foris interim mutatus sit, vel quia Clericus effectus est, vel quia Clericus successit laico, vel laicus Clerico, vel aliter nouum fori priuilegium consequutus fuerit, coram Iudice huiusmodi competente mouenda, & initianda erit lis eadem.

Tertiò & fortiter probatur; nam cum dispositio Trident. præferens primam instantiam Ordinario sit inducta non solum in fauorem litigantium, sed & ipsius Ordinarij simul. Ad eò, vt minimè pars possit alterius iurisdictionem prorogare, absque Ordinarij Episcopi consensu, ita vt aliter facta renuntiatio absque vtriusque consensu simulane non teneat, vt latissimè comprobauimus supra hac 2. part. capitul. 3. §. unico, à num. 1. cum multis sequentibus, & in capitul. 5. à principio, & part. 1. capitul. 13. à n. 21. cum multis sequentibus; vbi videre poteris abundè validissimis fundamentis adductis; Sequitur, vt deficienti alterius consensu, semper maneat iurisdictionis iste notissimus defectus, & per consequens sententiæ, & acta collabuntur.

Quoniam quando iurisdictione nequit prorogari in præiudicium superioris, & pitorogatio; sententia sit nulla ex defectu iurisdictionis, vt ex hac ratione probant Caldeus in consil. 12. de iudiciis, Abbas in capitul. 1. num. 19. de re iudicata, Felinus in cap. significasti, num. 4. versicul. Denum, de foro competentis, vbi etiam Abbas, & Socinus in cap. cum tempore, de arbitris, Gaill. obseruation. 40. latissimè Erasmus à Cochier in tractatu de iurisdictione in exemptis. 2. part. questio. 7. per totam, tom. 1. qui num. 6. adducit aliquos Doctores ad hoc, quod si fuerit allegata incompetencia, & exemptio in vim declinatoriæ, qua reiecta procedat insuper Iudex, aut debeat se competentem non valeant acta & processus in præiudicium superioris. Tamen, num. 8. in fin. & num. 9. probat, non procedere, & quando subditus non potest prorogare etiam expecte, latè etiam differit ipse Cochier in eadem 2. part. capitul. 40. per totum; & resouit processum, & acta esse nulla facta prorogatione absque consensu superioris, & idem affirmat Didacus Perez ad l. 2. versicul. Verum autem fori, titul. 1. lib. 3. ordinamenti, pagin. 467. dicens ita tenere Doctores in cap. cum tempore, de arbitris, sequitur Augustinus Barbosa in collectan. ad illum text. num. 4. in fine. Pro qua conclusione bonus est textus in dict. cap. cum tempore de arbitris, & melior in cap. cum olim 14. §. nos igitur, de priuilegiis.

Ex quo enim hæ sententiæ procedunt à radice infecta, & super defectu, & iurisdictionis, necnon nitantur fundamento per Concilium Tridentin. reprobato, & prohibito; omnino corruunt, prove aliàs fuit declaratum in simili casu circa dict. capitul. 20. sessio. 24. de reforma

reformatione, per Sanctam Congregationem Cardinalium, his verbis: Quia in fine huius decreti ad eò derogatio priuilegiorum, dubitatur, an hoc decretum sustulisset etiam res iudicatas, quæ innitentur priuilegijs, etiam ante ipsam Congregationem obtentis; Congregatio censuit affirmatiuè, scilicet sustulisset, quia sententia, cum innitatur priuilegio, non dat plus roboris priuilegio, quam de se habet, sed solum ponit finem liti, ita die 9. Aprilis 1587. in vna Salmantina Sixtus V. audita relatione Congregationis respondit, atque ita mandauit in similibus responderi.

Et est alia similis declaratio, quæ sic ait his verbis: Oritur lite inter Episcopum, & Administratores Hospitalis Cordubens. super redditione rationis Hospitalis, Episcopus pro se allegabat decretum Concilij; Administratores verò sententias, priuilegia, & consuetudinem immemorabilem. Congregatio censuit; licet Episcopo non obstant sententia, consuetudine immemorabili, & priuilegio, dictum Hospitalale visitare, nam priuilegium est sublatum per Concilium, sententia verò est declaratoria, quæ nullam ius tribuit, & cum simplici consuetudine quadraginta annorum non possit se laici Administratores eximere à redditione rationum, per Clem. quia contingit, quæ illas tollit. Quas declarationes adducit Nicolaus Garcia de beneficiis, 3. part. capitul. 2. à num. 210. cum sequentibus.

39 Vbi probat, sententias, & res iudicatas, & fundatas super prohibito, & reprobo per Concilium Tridentinum non obitare, atque esse pariter reprobata, cum illarum fundamentum sit à lege reprobatum quod statim vterius comprobauimus. Declarationes autem Cardinalium, & Rotæ decisiones supra ad principium huius capituli contra partem adductæ, loquuntur in diverso casu, & super fundamento aduerso per Tridentinum in dict. cap. 20. sess. 24. de reformatione, in §. ad hæc, de quo latius inferius ad responsonem eorumdem videbis.

Sicut etiam, dicimus de confirmatione, aut institutione præsentationis, aut electionis nullæ, quia pariter nulla est ipsa confirmatio, vt per Lambertin. dicit Hieronym. Gonzalez in regna de alternat. glossa 51. num. 37. in fine, & ex doctrina Baldi in leg. falsus, num. 3. Cod. de furtis, quatenus ait, quod confirmatio non est actus per se subsistens, sed præcisè adherens alteri actui, dicitur enim confirmatio, quasi cum alio firmatio. Vbi ergo non est confirmabile, quia actus, cui adhaeret est nullus, confirmatio nihil operatur, quia per se non potest subsistere, quem sequitur Philipp. Decius in l. mare, num. 3. ff. de iurisdictione, omnium Iudic. & in Rubrica de confirmatione, vtili vel inutili. n. 2. Sfortia in consil. 77. num. 19. Corneus consil. 199. num. 58. volumin. 2. Hipolyt. Riminald. consil. 5. num. 137. volumin. 1. Caballinus quest. 29. Felinus consil. 27. num. 16. D. Ioann. Baptista Valenuela Velasquez in consil. 177. num. 56. tom. 2. qui latè prosequitur anm. 48. vbi idem comprobatur circa ratificationem, in qua subauditur tacita conditio, si actus aliunde firmus sit, quàm ex defectu ratificationis. Et quod confirmatio supponat actum aliàs firmum & validum ex doctrina Baldi, & Petro Surdo decis. 289. n. 8. & 9. & in consil. 47. n. 19. & alijs scripturis in tract. de Regia proreptione 2. p. c. 14. n. 19. & 20.

Itaque quod defectus, & fundamentalis primæ sententiæ, & nullitas euidentis influit in alijs confirmatis; ad ius decisionis Rotæ decis. 141. num. 4. apud Fatinacium tom. 4. in hæc: Sententia etiam fuit nulla, vt prolata super petitorio durante adhuc petitorio suspensione, & præter quod cum esset confirmatoria illius Roncefcallæ, quæ nulla erat, & attentata; deficient illius fundamentum, l. egi tecum 26. ff. de exceptionibus, Rota decis. 10. de prebendis, in antiqui. &c.

34 Confirmatur etiam, quia quando executor procedit excedendo, & sententia superioris illam confirmans, Hieronym. Gabriel. consil. 49. num. 5. lib. 1. Rota vt per Alexand. Ludouic. decis. 554. num. 4. & 5.

Singulare decisionem habemus ad propositum in vna Laudens. pecuniarum coram Pamphilio, adductam per Marchesan. de commission. nullitat. sanar. post §. 1. part. 3. tom. 3. fol. 20. Quæ postquam à principio determinauerat, quandam sententiam nullam esse ipso iure ob defectum notorium iurisdictionis, èd quod impetrata fuerat commissio alteri post ceptum iam iudicium coram Iudice competente, non facta relatione licis pendens, quapropter nulla quæ sita fuit iurisdictione Delegato, vt abundè diximus infra hac 2. part. capitul. 31. à num. 87. cum sequentibus, postmodum à num. 5. ita subdit: Nec obstat, quod prima sententia, licet nulla, fuit per alios duas confirmata, tum quia stare nullitate prima non potuerunt alij Iudices parte opponente illam confirmare, Puteus decision. 62. lib. 3. Caputaquell. decision. 266. lib. 1. in manuscriptis, & sic confirmantes nulliter agunt, vt fuit resolutum in causa Paduana decimarum sub die 4. Iulij 1576. coram Domino meo Grassis. Tum, quia hac nullitas influit in omnes sententias, quæ laborant eodem morbo, Innocent. & alij in cap. 1. de confirmatione, vtili vel inutili. Alexand. in leg. iudex postquam, suo num. 3. de re iudicata, Paulus consil. 107. num. 7. lib. 2. & in simili casu resouit Rota die 16. Martij 1587. coram me in vna Toletana fructuum, &c. ex qua decisione, alique quatuor in ea laudatis, & alijs hæctenus à nobis citatis, cognosces pro constanti passim obseruare Rotam, nullitatem & defectum fundamentalem primæ sententiæ influere in ceteris illam confirmantibus, quæ eodem morbo pariter laborant.

Itaque erit concludendum in hoc articulo, quod si prorogatio, & alienæ iurisdictionis in 33 prima instantia fiat à parte duntaxat, absque consensu expresso, aut tacito Ordinarij habentis ius, & fauorem connexum, & indiuisibile præiudicium, non teneat prorogatio, & ex defectu iurisdictionis sententiæ corruunt ex supra dictis, tanquam à radice infecta prouenientes, poterit Senatus in protectione Concilij causam nihilominus illam ad Ordinatum remittere tractandam, Quæ omnia vterius roborantur ex singularibus doctrinis applicatis infra à num. 58. & sequentibus in responsonibus argumentorum.

Verùm autem sic prorogans possit euitare executionem rei iudicata, & ex capite, & persona Ordinarij, videndum erit; & reperio Erasmus à Cochier hanc difficultatem mouisse

in tractatu de iurisdictione ordinaria in exemptis, 2. part. quest. 7. num. 7. non tamen eam ex integro resoluisset, ubi sic ait: Virum vero exemptum hoc casu posse evitare executionem sententiae, seu eam evitare ex capite, & persona Superioris, sicuti in prescriptione diximus supra, quest. 33. lib. 1. alio in loco commodius tractabitur.

45 Quem quidem inuenio tractasse in eadem 2. part. quest. 40. à principio, & præcipue, n. 12. in hæc: Quoad posterius, sententia lata in articulo, & questione exemptionis superiore, cuius interest, nec presente, nec vocato non subsistit, Felinus in cap. auditis, num. 25. de prescriptionibus, & in Repertorio, verbo, Sententia lata contra, & in dict. cap. ad Audientiam, de prescriptionibus, & in cap. cum accessissent. de foro comperent. interfuit enim superioris interuenire, & adesse liti agitata super iure superioritatis, vel exemptionis, latè Abbas, & Doctores in cap. cum super, num. 16. & per totum, de re iudicata, & in capitul. 2. num. 16. de restitution. in integram, dixi supra, quest. 36. & 37. id quod Alexand. ut fuit ita & doctè nobis explicatum reliquit, hoc verborum tenore, in l. sapè, num. 100. 101. 102. & sequentibus, ff. de re iudicata, &c. ubi verbalitè Alexand. reconset Cochier ibidem videndus.

46 Sed nec omnino absolutè difficultatem, eam tamen in terminis tractauimus supra 1. part. capitul. 13. versicul. Quare probatur, à num. 21. cum multis sequentibus, & iterum hac 2. part. capitul. 11. versicul. Quantum attinet ad secundum, à num. 34. cum plurimis sequentibus, vsque ad finem, cap. quibus locis, plurimas doctrinas, & Rotæ decisiones congestimus, quod ex decreto Concilij Tridentini dict. cap. 20. causa omnes, ita est fauor connexus partis, & Ordinarij, iusque vtriusque complicatum; vt ob renuntiationem, & consensum vnus dimittat executionem sententiae non possit fieri contra condemnatum, quin inferat præiudicium alteri non renuntianti, nec consentienti, ac propterea ratione huius connexitatis, & iuris complicati ex persona non consentientis, impediatur etiam executio contra consentientem, ubi latissimè videre poteris his locis, quibus accuratè, & attentè hic Articulus absolutus fuit.

Sed nunc querendum, quid si postmodum quandocumque superioris Ordinarij consensus

47 accedat, vel alterius non consentientis, an reuocatur executoriales, ita vt ex nono consensu accedente cesset ad Ordinarium remissio in Senatu postulata, ac pariter resolutio nostra. Et videtur quod sic, quoniam quando lex an nullat actum in fauorem alicuius, intelligitur si ipse velit, ita vt per consensum in superuenientem actus conualecat, pæ text. in §. final. institut. de limitari testament. ubi dicitur ita demum posse quem ratum habere, quod ab initio non subsistit, si nullam solemnitate desiderat, præter consensum, & voluntatem ratificantis, probant Palatius Rubens in cap. per vestras, in repetition. Rubrica, de donation. inter §. 68. n. 19. & post alios bene per Narbonam in l. 10. gloss. 3. fol. 60. & post alios Nos de Regia protectione, 2. part. capitul. 18. num. 74. & 75. & ex Tiraquel. in tractat. lemort. part. 7. declaration. 1. & ex Nicolao Garcia de beneficiis, 5. part. capitul. 9. num. 281. & num. 243. Flamin. Patil. de resignatione,

lib. 2. quest. 4. per totam, & aliàs diximus in eodem tractatu 3. part. capitul. 9. à num. 133. cum sequentibus, & circa varios casus, & actus iudiciales latissimè à se congestos, videndus ad id erit Marius Giurba decif. 14. à num. 1. & circa rem iudicatam, ibi num. 8. plurimis doctoribus citatis.

Imò hoc nostro casu sufficit tacitus consensus superioris Ordinarij inductus in eadem scientia, & patientia, vt post Alexandrum in l. sapè, num. 100. & sequentibus, ff. de re iudicata, eius verba recensens allecit Erasimus à Cochier de iurisdiction. Ordinarij in exemptis 2. part. quest. 40. num. 12. tom. 1. & contra Glossa in cap. significasti, verbo Clerici tenent, Petrus Barbofa in l. 1. articul. 3. num. 180. ff. de iudicis, Marcatus de probationib. conclusio. 1218. num. 20. & 21. Augustinus Barbofa in collectan. ad dict. cap. significasti, num. 14. tom. 1. fol. 378. dicentes, quod vt valeat prorogatio facta à Clerico in alienum Iudicem, sufficit tacitus consensus Episcopi, ita vt si Clericus hanc faciat prorogationem Iudicis non sui præsentè Episcopo, & non contradicente, videatur Episcopus consentire; & idem dicit Marcatus generaliter in dict. num. 21. quod si quis submitat se iurisdictioni Iudicis non sui Iudice suo præsentè, is Iudex præsumitur acceptare & consentire.

48 Quod tenet, & latius prosequitur Narbona in l. 59. glossa 1. à num. 17. & sequentibus, lib. 2. titul. 4. tom. 3. Recopilation. dicens, quod hæc voluntas & consensus Episcopi, quæ necessariò requiritur, vt Clericus alieno Episcopo subiciatur, tacitus sufficit, & sciens, atque prudens sibi subditum eorum alio litigare, tacuerit; nam ex tollerantia illa satis ipsius voluntas coniectatur, ac præsumitur, quod sufficit, vbi plurimos Doctores allegat.

49 Sed nihilominus contrarium in præsentè articulo verius est & tenendum, & imò, quod si consensus Ordinarij accedat post rem iudicatam, non possit reuocare præcedens Iudicium nullum ipsi iure ex defectu iurisdictionis: nec DD. allegati pro contraria parte percutiunt punctum, cum ad longè diuersum tendant, loquuntur enim quando à principio adfuit expressus, seu tacitus Ordinarij consensus, non tamen quando postmodum rem iam iudicata, quia tunc non accedit tempore congruo ex dicendis.

Quoniam processus nullitas proueniens ex defectu iurisdictionis, & sic in radice non conualecit per consensum partis post iam causatam nullitatem superuenientem ex iis, quæ latè diximus hac 2. part. cap. 26. à num. 9.

50 Comprobatur ex eo, quod in aduentibus quorum pater noluit acquirere vsumfructum, filius non potest mouere Iudicium absque consensu patris, quo deficiente, processus à principio nullus est, vt post duas contrarias opiniones communes multorum Doctorum, in hac vt vteriori residet Castillo de usufructu, lib. 1. c. 3. à n. 14. & 15. cum segg. Si tamen post litem contestatam, & sic re iam non integra partis superueniat consensus, non idèo reuocatur Iudicium semel nulliter gestum, quia congruo tempore non accedit, cum iam tunc parti sit ius quæsitum dicendi de nullitate processus, provt similiter duabus opinionibus relatis in hac vt vteriore residet ipse Castillo ibidem n. 16. & 17. Quæ

Quæ doctrina singulariter conducit huic nostræ de qua loquimur.

Et quod ratificatio processus nullius debeat interuenire ante sententiam, & sic tempore congruo, non tamen post eam, quia ratificatio debet fieri tempore congruo, quo actus celebrari debet, ex l. bonorum pæ, rem ratam haberi. Eleganter per vtrouque parte disputans hanc vt vtilissimam validis applicatis fundamentis tenet Salicetus in l. si tutor, num. 4. & 5. C. in quibus causis in integr. restit. non est necessaria; eandem disputans pro vtraque parte Franchineus controuers. lib. 8. cap. 61. per totum, validè tenetur ex Saliceto loco citato, & Petr. Ferrarient. in practic. in forma libell. respons. rei conuention. in vers. Simoni spelte, num. 4. Mifinger. centur. 1. obseruation. 44. Rota decif. 13. nota quod gesta, & decif. 149. nota quod ubi in antiquis, & decif. 418. si habens in nouis. Calliodor. decif. 40. inuoluta super Regul. omnino videndus per totam controuersiam, qui inter alia fundamenta eo validissimo mouetur, quod ratificatio debeat fieri tempore congruo, quo actus celebrari potest, & quando res est integra, ex dict. l. bonorum, Trentacinquius loco mox citando, num. 7. Polidorus Ripa, obseruat. 124. à num. 1. & sequentibus, Ludouisi. Post. de manutentione, obseruatione 55. num. 37. & 150. plura per Valencuela consil. 177. à n. 48. cum sequentibus.

Sed post rem iudicatam actus iudiciales fieri non possunt, cum debeant precedere ipsam sententiam, ad quam sunt vehiculum (vt supra num. 29. diximus) ergo non valet talis ratificatio, & consensus postea sequutus.

Deinde mouetur ipse Fachin. quia tunc iam ius quæsitum fuit parti dicendi de nullitate Iudicij, quod alterius consensus superueniens tollere non potest, non enim ratificatio operatur in præiudicium tertij, cui medio tempore fuit ius quæsitum, l. si patrem, §. fin. quemadmodum seruici. amitt. Trentacinquius variatum resolut. lib. 2. tit. de procurator. resolut. 9. num. 5. Matta consil. 315. num. 2. Suredus decif. 245. Gratianus disceptation. forensibus, tom. 5. cap. 957. num. 16. Coita de reuocacione, capitul. 8. casu 4. num. 14. Olascus decif. Pedemont. 119. num. 28. Grammatic. decif. 103. num. 119. Thomas Minadous decif. 5. Calliodorus decif. 5. num. 22. César. de Grassis decif. 6. de causa posse. & propriet. n. 14. Rota Roman. decif. 633. num. 6. part. 3. Antonius Thefaur. decif. 7. Suredus decif. 245. num. 8. Anchar. Regner. lib. 2. quest. 23. num. 8.

Et quod nullitas actus iudicialis semel causata ex defectu iurisdictionis, vel alterius solemnitatis, aut forme, non possit reparari per consensum partis superuenientem, cum iam aduersario fuisset ius quæsitum dicendi de nullitate contra illum, adest textus singularis, & expressus in Clementina, Constitutionem 4. de electione, ibi: Quia per ipsam ius repellendi eum aduersario est quæsitum, &c. Et alia plurima iura & Doctores, quos in proposito congestimus infra capitul. 25. à num. 37. cum sequentibus. Et quod ius dicendi de nullitate semel tertio quæsitum non possit tolli per principalem, nec eius consensus renuntiare in præiudicium tertij, & hoc inuito; est text. singularis, & expressus in l. si post mortem, §. fin. ff. de contra tabul. quem ad hoc notant & exornant Bald. in leg.

posthumo nato. Cod. eodem, column. 2. quest. 1. & ibi Paulus de Castro; & communiter moderni, Imola in l. filio præterito, column. 29. versicul. ex prædictis glossis, & ibi Paulus de Castro column. 3. num. 8. copiosè Antonius Gomez in l. 22. Tauri, num. 24. per totum, quomodo doctrinam alij etiam infiniti penè probant Doctores Siesmund. Scaccia de appellationibus, quest. 7. sub num. 28. Lancelotus de atemar. 2. part. cap. 20. de arreatat. post inhibition. ampliation. 2. per totam, & in ampliatione 7. & ampliation. 21. practique num. 11. Tiraquellus in tract. causa cessante, limitat. 12. in princip. dicentes, quod gesta post inhibitionem nulla sunt, nec conualescunt, etiam si postmodum pars renuntiet appellationi, virtute cuius inhibicio emanauit, quia semel nulla facta fuisse ob defectum iurisdictionis Iudicis inhibiti, nec causa inhibitionis cessante, cessat eius effectus iam consummatus, productus ab ipsa inhibitione semel exequuta, ad quod videndus etiam Scaccia quest. 15. num. 70. cum multis sequentibus, & de variis similibus huius doctrinæ consulendi sunt Grassis de effectibus Clericorum, effectus. 15. à num. 9. & Iulium Thomas Sanchez de matrimonio, lib. 2. disputat. 93. quest. 2. à num. 8. ubi plurimos congerit tom. 2.

Quia causa cessante non cessat effectus iam consummatus, vel quando alicui ius esset iam quæsitum ex causa existentia, Castillo controuers. lib. 4. cap. 60. à num. 50. cum segg. & vtilius in addition. ad idem cap. & iterum lib. 3. cap. 15. ex num. 15. & à num. 4. & 7. ubi plura iura, & Doctores laudat. Igitur consensus Ordinarij tempore incongruo proueniens non potest operari in præiudicium partis, cuius fuit quæsitum dicendi, & opponendi de nullitate executorialium ob defectum iurisdictionis.

Nec dicatur, quod consensus Ordinarij quantumvis post rem iudicatam emanatus, conuincitur tamen cum consensu partis prorogantis alienam iurisdictionem, & prosequens Iudicium eorum alio, & quod ad id tempus retrotrahitur, cum quo satis sit dispositioni Concilij appetentis simultaneum consensum partium, & Ordinarij: cui difficultati ultra supradicta aliter, & multipliciter responderet; tunc quia imò iste consensus Ordinarij superueniens reperitur solus, & absque consensu partis, qui nulliter accommodant suum consensum ob defectum Ordinarij, & super actis, & processu nullo, & sic consensus ille non tenet, Moneta de commutation. vltimar. volumar. capitul. 8. quest. 9. à num. 805. Gallertius de renuntiatione, lib. 5. cap. 9. num. 9.

Tam etiam, quia est validè consentire pars altera, tamen eo non perferentem in priori consensu (cui interim licet penitere) consensus postea Ordinarij superueniens nihil operatur, nec reperit subiectum habile, cui coniungi possit, ex latè deductis supra cap. 12. §. unico, à num. 37. cum sequentibus, hac 2. part. conducent, quæ Mantica de contract. lib. 3. tit. 4. à num. 2. cum multis sequentibus. Et quia ratificatio nec operatur, retrotrahitur data vel à principio, vel medio tempore in habilitate alicuius ex extremis, Ludouisius Post. de manutentione, obseruat. 55.

num. 55. Cùm fictio translatina requirat habitatem in vtroque extremo à quo, ad quem, l. bonorum, ff. rem ratam habet. l. necessario, vers. qui vendicat. Bart. receptus in l. si is qui pro emptore, in principio, ita ut non sufficiat habitas extremi à quo in potentia, sed in existentia, & essentia, l. 2. ff. de usufruct. eorum rerum, Bart. in dict. l. si is qui, num. 1. & 8. vbi Iasson. n. 107. Christophorus de Paz de tenuta, cap. 33, num. 7. cum sequentibus.

Tam etiam, nam et si (vt diximus) duraret validè consensus condemnati; tamen cum processus, & executoriales sint nullæ ipso iure, impeditur extemorum coniunctio, quia medium inhabile impedit extrema habilia coniungi posse, l. fin. ff. de luminibus, l. qui sella. §. final. ff. de seruitu. rusticorum praediorum, l. vria praedia, ff. de seruitu. urbanor. praedior. Surtus consil. 8. à num. 7. & consil. 136. num. 34. Antonius Monachus Florentin. decif. 62. num. 18. Cardinal. Tuschus tom. 3. littera E. conclus. 684. Castillo controversiarum, lib. 5. 2. part. num. 14. column. 2. circa finem, Valençuela consil. 177. à num. 64. & sequentibus, ex Battol. in l. nec vilem, ff. ex quibus causis maior. Alexand. consil. 78. num. 20. volumin. 5. Decianus consil. 11. num. 85. volumin. 1. & Rota Romana decif. 318. num. 4. part. 1. in nouissimis; sequitur, quod nullo modo potest iste Ordinarij consensus, & ratificatio aliquid operari.

Et tandem, quoniam cùm processus, & executoriales sint nullæ ipso iure & ab initio, consensus superueniens Ordinarij illas conualescere non potest, quia ratificationem non cadit super actu nullo, & inualido, Bart. in l. quod obseruare, opposit. 1. ff. de officio Pro consul. Alexand. conf. 78. num. 24. lib. 5. Trentacinquus variarum resol. lib. 2. tit. de procuratoribus, resol. 9. num. 8. Natta consil. 262. num. 10. Olafcus decif. Pedemon. 119. num. 26. Surtus decif. 245. num. 5. vsque ad num. 13. & consil. 183. num. 24. & 35. Ioannes Baptista Costa de retrotraition. cap. 8. casu 4. num. 16. videnda sunt verba Bald. adducta in proposito per Valençuela Velasquez in consil. 177. à num. 53.

Pro cuius intelligentia non erit omitenda Theorica, & distinctio post plurimos Doctores scripta per Valençuelam ibidem, à num. 48. cum sequentibus, dicentem, quod ratificatio actus dupliciter potest contingere; vno modo, quando actus geritur ab alio nomine meo, qui licet mihi non prauidet, subsistit tamen actus in persona gerentis, quem possunt ratificare, quia non est nullus; plura allegat in confirmationem, & latius explicat.

Alter est ratificatio actus irriti, & nulli à me, vel ab alio gesti, & in hac specie meus superueniens consensus, illum tanquam nullum non reuincit, quia non retrotrahitur ad tempus celebrati contractus; sed nouus efficitur contractus ex nunc, & ex presenti tempore nouiter celebratus ex mea ratificatione, & sic sicut eadem solemnitates, quae in contractu ipso à principio requiruntur, debent nouiter interuenire; ita pariter eadem personae debent nouiter concurrere, quae à principio interuenire, vel adesse debebant, & ex ad quas negotium tangit, quia reuera nouus est contractus, cùm primus nullus fuisset, l. nuptiae. ff. de ritu

nuptiar. l. si vt proponis, l. 2. C. de nuptiis, Innocent. in cap. dilecti de emptione, & venditione, Geminian. consil. 528. num. 4. Calcanicus consil. 57. num. 6. Romanus consil. 12. column. 2. Aymon. Craueta consil. 871. n. 11. volumin. 5. Decius consil. 532. num. 2. Socinus consil. 92. num. 11. volumin. 3. Hipolytus de Marfil. in Rubr. C. de probationibus, num. 343. Tiraquellus de retractu linagier. §. 1. glof. 10. num. 87. Valençuela dict. consil. 177. num. 52.

Vltra quos & quod ratificatio, quatenus validet etiam nullum precedentem, inducat nouum actum, & operetur prout nunc à tempore ratificationis, non prout tunc a tempore prioris actus, ad quem vt nullum, & inhabile non retrotrahitur ex defectu subiecti, ita vt medio tempore gesta, vt hypothecha, pignus, interesse, & interualtarium sint infecta nec proficiant, probant post Bart. & Deci. Gratianus discept. 124. à num. 22. Petrus Surtus decif. 246. num. 5. & 13. & num. 10. & ex doctrina Bart. in l. obseruare, ff. de officio Proconsul. Francisc. Manep. in decif. Delphinal. 166. num. 16. part. 1. Matta conf. 79. num. 10. 15. & 12.

Cum igitur istae executoriales nullae sint ab initio, & in radice, consensus, & ratificatio subsequens illas non reualidat, cùm in hoc nouo actu deficiant omnes solemnitates, & essentialia Iudicij, quia praecedentia sunt nulla, & ad ea non retrotrahatur consensus & ratificatio, maxime cùm non perseveret consensus condemnati, sed imò istum pœnitent, & reclamant contra eas; iam reuera deficiunt in hoc ratificationis quasi contractus, personae, quae interuenire debent, & consensus Ordinarij superueniens solus reperitur, qui non sufficit, sed semper debet concurrere in prorogatione alterius Iudicij consensus vtriusque partis, nam Ordinarij, quàm partium, quia actus per ratificationem nouus fit, & sic nihil potest operari ex haecenus deductis in hoc dubio pro hac parte, quae verissima sunt, & validissimis sunt mania fundamentis.

Superior tamen resolutio haecenus comprobata, vt consensus partis, absque consensu Ordinarij in iurisdictionem alterius Tribunalis in prima instantia, non impedit protectionem Sepatus, & remissionem ad Ordinarium, etiam post rem iudicantem habentem notorium hunc defectum iurisdictionis, ex superius deductis; maxime procedet quando ipse consentiens adstringatur comparere coram non suo Iudice censuris; nam si earum metu comparat facta prius protestatione, etiam occulta, & opposita declinatoria, & in competentia; cogatur dicere de bono iure super causa principali, proculdubio consensus eius non dicitur liber, sed meretriciosus, ac propterea cum protestatione praecedente nihil operabitur, nam praestitus consensus ad aliquem actum metu censuratum extortus praecedente protestatione, se meretriciosè facere, non habet effectum; ita prius determinauit Rota per Scapathinum, decif. 1116. num. 3. & in decif. 1047. num. 11. & in decif. 1017. num. 6. Puteus decif. 281. lib. 2. Achillis decif. 11. de pensionibus, Gratianus in disceptationibus forensium. 1. capitul. 310. num. 38. & 39. Marefcotus variarum resolutionum, lib. 1. cap. 23. num. 21. & num. 22. laedè prosequitur plurimas Rotae decisiones adducens Oliuetrius Beltramin. in annotat. ad Alexand.

xand. Ludouic. decif. 365. num. 4. explicat, & bene Mongollus. in tract. de iis, qua metus causa, cap. 2. §. 6. à num. 10. vltra quos plures alios adduximus Nos in tractatu de Regia protectione. 3. part. capitul. 1. num. 20. quae resolutio ab omnibus est recepta, apud dictos Doctores plurima videbis.

Imò potius cùm iste litigans litem prosequatur coactè, illi obesse non debet, rùm quia actus licet voluntariè factus, necessarius dicitur si praecedat iussio, & coactio Iudicis, post alios Giurba conf. 85. num. 18. & actus gestus ex necessitate iuris non nocet gerenti, prout amplissimè congerit, & ad plures infert doctrinas Tiraquell. de retractu. linagier. §. 1. glof. 18. à num. 39. & segg. & iterum §. 29. glof. 2. à num. 2. Hinc comparatio, seu alius actus factus iuris necessitate, non voluntariè, non inducit renuntiationem, nec consensum, latissimè Rippol. variar. resolut. cap. 1. de recusat. à num. 95. cum multis segg. pluram etiam per Mieres de maior. 4. part. quest. 26. num. 27. Scaccia de appell. quest. 17. limit. 2. num. 41. & num. 36. Tum etiam ob tenuerunt, & gratiam Rotae ita iubentis, cui pars resistere non potest, quo casu actus ex obedientia mandati superioris coactè factus dicitur excludens consensum liberum, & illi praedictum non infert; post alios Giurba consil. 99. num. 42. Gloritus consil. 66. num. 111. Surtus consil. 262. num. 74. Scaccia de appellat. quest. 17. dict. limit. 2. num. 56. & segg. quia cùm iste actus sit factus cogente Rota, cui obedientia debetur, & ex ea acquiescisse videtur non voluntariè, quo casu integrum suum ius remanet, ex DD. citatis, quia velle non creditur, qui alieno obsequitur imperio, l. velle, ff. de reg. iur. Thefaur. lib. 4. forens. quest. 60. num. 6. & num. 13. & notatur in cap. constitutus, de rescript. Vbi in receptione facta in Canonico vltima numerum de mandato Papae, videtur potius animo obedienti Papae, quam animo renuntiandi priuilegio, vel statuto, loquentibus de numero Canonico, exornat Mongollo. de metu, cap. 12. à num. 32. & in similibus plures congerit DD. Giurba consil. 99. num. 42. Ergo multò magis vbi adest protestatio praecedens compulsioem.

55 Fulleitur; nam compatens coram Iudice cum protectione non consentiendi in eius iurisdictione, nec declinatorie renuntiare, aut reculationi oppositae videtur cap. sollicitudinem, de appellationibus. Patrus decif. 370. sub num. 3. lib. 1. Riccius collect. 1747. fol. 156. Rota in vna tenues. iurisdictionem. 17. May 1603. num. 3. recollecta per Marchesum de commission. 2. tomo. n. 3. column. 2. fol. 518. & Nos in tractatu de Regia protectione. 2. part. cap. 8. à num. 69. cum sequentibus.

Nam compatens cum clausula citra consensum in iurisdictionem, &c. non censetur conuincit in Iudicem ¶ incompetentem; ita Felinus in cap. inter Monasterium, num. 10. de re iudicata, & ibi Glossa, verbo, Secundo Iudici, vers. Super hac dicitur quidam, vbi Abbas num. 8. & 9. Rota decif. 62. n. 4. p. 1. diuersor. & fuisse dictum in vna Eleboren. iuris conferend. 18. May 1613. coram Illustrissimo Patriarcha Manchano, testatur, & de praxi quotidiana Augustinus Barbosa in tractatu de clausulis. clausul. 20. Quare stante dicto consensu meretricioso, crederetur violentia, praestitaeque Senatui causam protectionis, & ad Ordinarium faciendi remissionem.

Haec omnia, vt vides, procedunt quando in causa principali ¶ obtentae sunt executoriales; 57 at antequam ad eas perueniant, & sic quando super aliquo articulo late fuerint incidenti in causam, non erit dubium faciendam hanc remissionem causae ad Ordinarium, vt de eadem in prima instantia cognoscat, quia adhuc res est integra per argumentum à fortiori. Provt de mandato de manutenendo dato à Nuntio Hispaniae in causa coram eo cepta in prima instantia, quod sit nullum ex defectu notorio iurisdictionis, quae dumtaxat pertinet ad Ordinarium in prima instantia, ex Trident. in dict. cap. causa ormes; expressè determinauit Rota in Tolitana sepulture, coram Vbaldo, apud Marchesum, de commiss. part. 1. fol. 1062. in princip. quem referens sequitur Ludouic. Post. in tractatu de manumention. obseruat. 207. num. 1. & num. 2.

Quibus sic suppositis recitat respondere ad argumenta ¶ in contrarium adducta, in principio huius cap. quae non obstant; namque declarationes Cardinalium, Rotaeque decisiones, quae probant, decretum Concil. Tridentin. sess. 24. de reformat. cap. 20. non habere locum, vbi adfuit sententiae, & res iudicatae, quae ab eo non censentur sublatae: non procedunt in nostro casu, sed in alio longe diuerso, nec super principali dispositione eiusdem decreti adest; aliquid disponunt, sed super §. ad haec eiusdem decreti, longe distante, & diuicia continente, prohibentque inferioribus vti iurisdictione ordinaria in causis criminalibus, matrimonialibus, & beneficalibus; & cùm saepius fuerit propositum dubium in Sancta Congregatione Cardinalium, an illud Decretum fultulerit inferioribus ipsis Praelatis iurisdictionem adhibitam per immemorabilem consuetudinem; saepius responsum fuit, non fultulisse, de quibus declarationibus abundè tractauimus supra hac 2. part. capitul. 4. per totum, praecipue vers. Et pro clariori intelligentia, à num. 28. cum sequentibus, vsque ad finem.

59 Simiter dubitatum fuit, ¶ an acquisitio iurisdictionis in iis casibus per sententias, & res iudicatas obtentas per inferiores Praelatos fuerit sublata; & responsum fuit à Sacra Congregatione Cardinalium in praefatis declarationibus, & Rotae decisionibus ad principium huius cap. relatis, Concilium non fultulisse eadem ad praedictum effectum, quod est longe distinctum, & separatum à nostro casu, quando prima instantia sit praesertuanda Ordinario, quo casu expressè Concilium praedictum, & Constitutio Leonina, de qua superius, & in cap. 3. post principium, hac 2. part. praenitit difficultatem tollendo aliis Iudicibus, quantumuis superiori iurisdictionem, & ex eius defectu annullando processus ab eis gestos, vt haecenus probatum est.

Apparet etiam diuersitas ¶ vtriusque casus ex eo, nam declarationes, & decisiones procedunt, & loquuntur, an Concilium in dict. §. ad haec, fultulcrit executoriales, & rem iudicantem obtentam ante eius promulgationem, & sic an extendatur ad praeterita, & meritis responderetur, non extendi; sicque de iure communi declarationum doctrina procedit; nam lex non trahitur ad praeterita iam decisa, puta, ¶ per 61

sententiam, rem iudicatam, transactionem, iuramentum, solutionem, quietantiam, prescriptionem, & similia, etiam quod in eadem lege nominatim, & expressè fiat mentio de præteritis, l. causus, C. de transactionibus, Bart. in l. omnes populi, num. 41. vers. Distingue, ubi Crotus, num. 137. ff. de iust. & iur. Abbas in cap. fin. num. 9. & Felinus num. 3. versicul. Hanc fallentiam, de consuet. Capta, Reg. 6. num. 3. Alexand. consil. 199. num. 4. vers. Secundo respondeo, lib. 6. Cardinal. Tufch. tom. 5. littera L. conclus. 264. num. 63. cum sequentibus, & conclus. 265. num. 13. cum sequentibus, Alderanus Mascard. de gener. statuto. interpretat. conclus. 13. num. 16. cum sequentibus, Barboia axiom. 136. num. 23. Farinac. fragment. crimin. par. 2. littera L. num. 44. cum sequentibus, ubi ampliat duobus modis, & tribus limitat. At Nos loquimur de executorialibus in futurum obtentis contra prohibitionem Concilij Tridentini ad diuersum finem, & effectum, quam dictæ declarationes, & Rotæ decisiones, vt hæcenus probatum est.

Itaque concludendum erit, quod decretum Tridentin. in dict. cap. causæ omnes, duas habet partes principales, quarum quælibet circa res inter se penitus distinctas, & diuersas disponit. Atque idè declarationes Cardinalium, & decisiones Rotæ prædictæ nihil attingunt eius primam partem, quæ de causis primæ instantiæ loquitur: sed secundam tantum, quæ incipit ab eius §. ad hæc, tractantem de iurisdictione Prælatorum inferiorum Episcopo non habenda, nec exercenda in causis criminalibus, beneficalibus, & matrimonialibus, provt expressè signanter dictæ decisiones expriment, dict. §. ad hæc, in cuius etiam declarationem emanatur declarationes Sanctæ Congregationis, ne dict. §. ad hæc, prohibitorie obstat Prælati inferioribus habentibus executoriales obtentas in confirmationem, & roboracionem suæ iurisdictionis in prædictis casibus alijs prohibitis, & vetitis per Trident. in dict. §. ad hæc, cuius pars superior respicit exercitium duntaxat iurisdictionis in Iudices alijs eam habentes: pars verò inferior respicit totalem iurisdictionem, quoad proprietatem, & dominium, an, & quomodo per Prælatos inferiores Episcopo ea adquirenti seu retineri possit, super quo declarationes Cardinalium, & decisiones Rotæ supra relatæ emanant.

Ad ceteras autem difficultates, quod declinatoria, & in competentia opposita, super qua pronuntiatum fuit, non obstat: Respondetur procedere, & habere locum, quoties opposita fuerit ab eo, qui absque alterius præiudicio potest prorogare iurisdictionem Iudicis non sui, atque ita quando pendet prorogatio à sua mera, & libera voluntate, absque alterius dependantia & præiudicio, provt loquuntur omnes DD. ibidem relati.

At verò quando in eis datur connexitas, ita vt quilibet solus absque alterius consensu nequit prorogacionem facere in alienam iurisdictionem, tunc nullo modo valet prorogatio absque alterius consensu tacito, aut expresso, maxime in istius præiudicium, provt latius probatum reliquimus superius à num. 34. cum sequentibus, versicul. Tertio comprobatur, atque propterea resolutio nostra in hac questione ab omni impugnacione defensa est, & tenenda.

Et post hæc scripta per legem Gundifalium

de Paz in prax. 1. tom. ultim. preclud. à num. 11. ubi tradit formam, seu modum comprehendendi in Senatu Regio pro litteris apprehendis in contrauentionem S. Concilij Trident. in dict. cap. causæ omnes, & de modo procedendi, allegandi pro vtraque parte, & decernendi, & se adiuuasse asserit, quod in hoc Supremo Concilio non retineantur litteræ, quando pars semel comparuerit in Romana Curia, allegauerit contra ipsas litteras, seu etiam declinauerit. Quæ quidem praxis falsa est, & nunquam audita in hoc Concilio Regio, quam insuper praxim etiam ipse Paz fortiter impugnat, casu, quo verè adesset, quem eiusque fundamenta ad litteram referam, quia bonè conducunt eis, quæ hæcenus latè tractauimus, qui sub eodem n. 11. propè finem, & num. sequentibus, ita ait: Quia in re audio praxim in Concilio Supremo obseruari, nempe quod si possessor beneficij, vel ille, contra quem litteræ Apostolicæ impetrantur allegans contra prædictas litteras, & etiam proponens exceptionem declinatoriam ex eo, quod fuerit impetratæ, & concessæ contra Decretum Concilij, & postmodum litteræ deferantur ad Consilium Regium per partem aduersam, vel per promotorem Fiscalem, vt ibi retineantur, donec Summus Pontifex consulatur, & de veritate informetur; quod tunc Regij Consiliarij pronuntiant litteras reddendas esse impetranti, nec esse detinendas; eo quod possessor beneficij, vel ille contra quem impetratæ fuerunt, consentit iurisdictioni Auditoris Cameræ Apostolicæ, & eam prorogatur.

Quæ praxis (inquit ipse Paz) iura obseruat, vt nescio quo iure sustineri possit; nam possessor beneficij consentit non potuit in Iudicem non suum, nec eius iurisdictionem prorogare, cum prorogatio iurisdictionis nihil aliud sit, quam extensio iurisdictionis ordinariæ ad alium casum, vel ad personam sub ea non expressam, vt colligitur ex l. 1. §. 2. ff. de iudicis, & in cap. P. & G. de officio Delegat. Et extensio fieri non potest, nisi ab eo, quod est argument. text. in l. sed est manente, ff. de precario, & in l. 4. ff. de damno infecto, & in cap. ad dissoluendum, de desponsacione impuber. sequitur inde iurisdictionem prorogari non posse, nisi Iudex aliquam iurisdictionem habuerit, quæ extendi possit, vt probatur in l. 1. ff. de iudicis, & in l. 1. ff. de iurisdiction. omnium Iudic. & in cap. significasti de foro competent. ibi: Eum qui iurisdictioni præesse dignoscitur: Sed Auditor Cameræ Apostolicæ, nec alius quicumque potestate fulgens in prima instantia nullam iurisdictionem habet circa causas beneficales, & circa omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes præter Iudicem Ordinarium, vt probatur in dict. cap. 20. Concilij Tridentini, ubi: In prima instantia coram Ordinariis locorum duntaxat cognoscantur. Quibus verbis per omnino tollitur iurisdictione in prima instantia quibuscumque Iudicibus, & solummodo Ordinariis locorum conceditur, probatur etiam in eodem, cap. 20. ubi: Atque omnino saltem infra biennium à die motæ liti terminentur, alioquin post id spatium liberum sit partibus, vel alteri illarum Iudices Superiores, alijs tamen competentes adire. Quibus verbis planè ostenditur solummodo post biennium Iudicem superiorem, alijs competentem per partes adire posse. Ergo infra biennium Iudex superior

superior quantumcumque competens, præterquam Ordinarius locorum de prædictis causis in prima instantia cognoscere non potest. Rursum probatur in dict. cap. 20. in vers. Ab his, ubi solummodo excipiuntur duo casus, in quibus Ordinarius non cognoscit, & nullus ex eis est casus noster; præterea probatur in eodem, cap. 20. vers. Legati quoque, ubi dicitur, quod Legati de Latere, Namij nec alij, quantumcumque facultatum vigore in prædictis causis non possint Episcopos impedire, & iurisdictiones eorum præterire, aut turbare, nec contra Clericos aut personas Ecclesiasticas procedere, nisi eorum Episcopo prius requisito, atque negligente. Ergo ex prædictis constat, in prima instantia Auditorem Cameræ Apostolicæ nullam iurisdictionem habere, & omnino incompetentem esse cognitionis prædictarum causarum, & per consequens iurisdictionem prorogari non posse, cum non sit quid prorogetur.

Secundò pro hac mea opinione (inquit ipse Paz) facit quod de substantia prorogacionis per est consensus partium litigantium, iuxta text. in l. 1. & 2. ff. de iudicis, sed Clericus sine licentia proprii Episcopi non habet consensum prorogandi iurisdictionem per Iudicem non sui, vt probat textus in cap. significasti, ubi: Consentire non potest. Ergo in nostro casu prorogatio fieri non potuit, præsertim quod consensus prorogandi in prima instantia tollitur partibus litigantibus per Concilium Tridentinum in dict. cap. 20. ubi: Alioquin post id spatium liberum sit partibus, &c. Quibus verbis constat in illo tantum casu, scilicet, quando infra biennium causa non fuit terminata coram Ordinario, concessam esse libertatem partibus adeundi Iudicem superiorem, alijs competentem; ergo præter illum casum sublata censetur partibus libertas adeundi superiorem, alijs quantumcumque competentem, & per consequens litigantes in prima instantia non habent consensum adeundi alium Iudicem, quam Ordinarium.

Tertidò hæc mea opinio probatur ex eo, quod ius alteri quæsitum non debet ei subtrahi, vt in l. 2. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, & in cap. cum Ecclesia Vulerana de electione, nec alteri per alterum iniqua condicio asserri debet, vt in l. non debet, ff. de regul. Sed si per partes litigantes iurisdictione alterius Iudicis in prima instantia prorogari non possit, iam ius quæsitum Ordinariis locorum (per Concilium Trident. in dict. cap. 20.) eis subtraheretur, & iniqua conditio eisdem asserretur, si sine eorum consensu subditi sui prorogarent iurisdictionem alterius Iudicis, cum præiuret eis suis spiritibus, & honore iudicandi, qui omni lucro præferendus est, in l. Iulianus, ff. si quis omnia causa testament.

Quartò hæc opinio probatur ex eo, quod Auditor Cameræ Apostolicæ per est Iudex Delegatus, vt scimat gloss. 1. in Clementin. Auditor. de rescriptis, quam dixit ibi veram, Cardinal. num. 6. & Staphileus in tract. de signat. iustitio in preliudio 1. num. 6. Sed ad prorogandam iurisdictionem Iudicis Delegati consensum expellitur, & non tacitus requiritur iuxta textum in cap. statutum, §. in nullo, de rescriptis, lib. 6. Ergo per solam comparacionem simpliciter etiam factam, absque opposicione exceptionis declinatoriæ coram Auditor Cameræ Apostolicæ,

prorogatio iurisdictionis prædicti Auditoris non inducitur, quia talis comparicio solummodo inducit consensum tacitum, & non expressum, iuxta Glossam receptam in dict. cap. statutum, §. in nullo.

Ex quibus omnibus (concludit ipse Paz) planè constat, prædictam per praxim iure fulcitam non esse, imò etiam litteras Apostolicas retinendas esse, quamuis ille, contra quem impetratæ fuerant, comparuerit coram Auditore suas exceptiones allegans, & monitorio respondens.

Alioquin si partes litigantes sine licentia suorum Ordinariorum per consentire possent in alium Iudicem, illudorium maneret Decretum Concilij, & concessiones Pontificum Regi Hispaniarum concessæ, sicutque summis Iuribus impetratæ ad conseruationem, & obseruationem Concilij Tridentini, frustrarentur, &c. Hæcenus Gundifalvus de Paz, qui bonè percepit Articulum hunc, de quo Nos à principio huius capituli latius tractauimus comprobantes; atque apud eum, vt superius diximus, talis praxis non adest, nec adfuit in hoc Supremo Senatu Regio.

CAPVT XVIII.

Si empti pignoris in subhastacione facta per Iudicem Delegatum quæstio moueatur, an coram eodem Delegato sit tractanda, vel potius per Senatum Ordinario remittenda.

Et an litteris Apostolicis semel exequutis, si possessor ceciderit à possessione, istius causa, siue in possessione, siue in proprietate deducta ad Ordinarium remittatur.

SVM MARIVM.

Delegatus ex commissione subscripta manu Sanctissimi nequit cognoscere de controuersia mota tertio empti rei ab eo subhastata vigore sua commissionis, num. 1. & sequentibus.

Empior pignoris subhastati legitime efficitur simul possessor, num. 2.

Iudicium motum contra possessorem emptorem pignoris subhastati nouum est, intentandum coram suo Iudice Ordinario iuxta Trident. n. 3.

Text. in l. à Diuo Pio, §. post additum, ff. de re iudicata. verba ad id ponderantur, n. 4.

Controuersia super pignore vendito, aut adiuuato, non via summaria, sed ordinaria erit definienda, num. 5.

Ordinarius Iudex competens super controuersia pignoris subhastati, non erit ille prior subhastans; sed cui emptor subest, num. 6.

Clerico creditori, si super pignore adiuuato per laicum, controuersia mota sit, non coram laico, sed coram suo Iudice Ordinario conuenitur, n. 7.

Clericus creditor, ex sententia graduationis lata per laicum obtinens bona, reus efficitur necessarius, deinceps ab anterioribus creditoribus conueniendus coram Ecclesiastico, num. 8.

Lis graduationis post sententiam executionis datam facta ad iudicacionem singulis creditoribus, finita est, num. 9.